Mythologia, Venise, 1567 - X [70] : De Phryxo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Mythologia, Francfort, 1581 - X [70] : De Phryxo *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 09 : De Phrixo *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [70] : De Phrixe *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [70] : De Phryxe *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l’Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - X [70] : De Phryxo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1013

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination298v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesPhryxos
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1013?context=pdf

modo ſe colligat, nullis horum motuum capitur; neque tamen ſine diuina ope hanc tantam voluptatum periculorumq́; multitudinem poteſt ſuperare. hæc enim per hanc fabulam antiqui innuebant.

De Medea.

MEDEAM rurſus effinxerunt Solis filiam, quoniam plurimum poſsit bene affecti aeris natura, quæ prouenit è ſolis clementia: mores enim & animi motiones corporis temperamentum plerunque conſequuntur. cum igitur Medea ſit conſilium Idyiæ ſiue cognitionis filia; illa cum vi ſyderum cõſentit, quæ etiam deducit de cœlo, quia nemo ſapiens iure appellari poteſt, niſi idem viribus planetarum moderetur, ſibiq́ue ipſi imperet. opus eſt autem viro bono & ſapienti cupiditatum fluuios refrænare, multaque efficere quæ vulgo videantur admirabilia. at vero qui libidinis, aut voluptatis alicuius cauſa, ſolum verterit, patriamq́ue & parentes & coniunctos prodiderit, quæ ſunt animæ ratione præditæ conſilia, quo pacto non in grauiſsimas miſerias & omnium bonorum iacturam vno tempore illabetur? ſic igitur opus eſſe prudentia demonſtrabant antiqui, & omnes ſceleratos eſſe miſeros.

De Iaſone.

SIGNIFICABANT rurſus per Iaſonem, quem à iuſtiſsimo centaurorum chirone educatum memorant, & artem medendi edoctum, animo adhibendam eſſe medicinam, quæ prudentia eſt, vt viri boni, & fortes, & prudentes efficiamur. hunc ſequitur conſilium ſiue Medea omnibus cariſsimis relictis, quoniam prudentia ſingula conſilia debet antecedere, domanda eſt pertinacia, & ſuperbia, & inuidia, & ira, qui omnes animorum motus rationi & prudentiæ & medicinæ animorum ſunt ſubiiciendi. quæ niſi ſubegeris, ipſe ſubigaris neceſſe eſt. maximè verò omniũ colenda eſt Deorum immortaliũ religio, quæ res eſt omniũ virtutum, omniſq́; felicitatis principium. in tot vero labores Iaſon nauigans incidit, quia prudentia nulla eſt niſi in difficillimis rebus conſtituta. qui enim ad multas fortunæ mutationes & viciſsitudines intrepidus non exiſtat, hic neque bonus, neque prudens, neque conſtans iure poteſt appellari.

De Phryxo.

ATQVI fortunæ viciſsitudines ferre æquo animo didicerit, cum omnino cuique ferre neceſſe ſit; ille ſapiens cũ magna ſua vtilitate & non ſine aliqua gloria exiſtimari ſolet. quam fortunam ſiquis placidè ferre non potuerit, ille tanquam Helle in mare ampliſsimum miſeriarum delabitur ob mollem & muliebrem animum. Qui vero ſapienter rebus præſentibus vti cognouerit, ille proxime ad Deorum immortalium naturam accedere putandus eſt, ſin imprudenter & ſuperbe abutatur, is ex altiſsimo dignitatis & potentiæ gradu Deorum conſilio tandem deiicitur, quoniam ſuperbos & crudeles odit Deus.

De

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1013?context=pdf